



Si linea recta duo trianguli latera secet,
tertio æquidistans, erunt segmenta laterũ
proportionalia.

Sit triangulus abc , cuius latera ab & cb secet
linea de æquidistans basi ac , dico ad ad db pro
portionem esse, sicut ce ad eb . Trahantur enim li
neæ dc & ea , Erunt itaq; duo trianguli dca &
 dce æquales. Nam ponuntur super eandem bas
sim de , inter lineas de et ac æquidistantes, quapropter
ter habet ad triangulum deb , eandem proporti
onem. Sed proportio trianguli ade ad triangulu
lum deb , est per præcedentem sicut basis ad ad
basim db . Nam trianguli ade , & deb ponuntur
inter lineas æquidistantes, quod pateret si duceret
retur à puncto e æquidistans lineæ ab . Similiter
per præmissam proportio trianguli dce ad tri
angulum deb est sicut proportio basis ce ad bas
sim eb . Nam trianguli dce & deb ponuntur in
ter lineas æquidistantes, quod pateret si duceret
tur à puncto d linea æquidistans lineæ bc . Cũ er
go triangulorum est eadem proportio, ut modo
ostensum, erit per conceptionem primam, & bas
sim eandem proportio, quæ sunt segmenta, in quæ
latera triaguli abc dissecta sunt, ergo patet pro
positum.

TERTIA PROPOSITIO.

Duorum triangulorum, æquiangulorũ, latera
æquos angulos respiciẽtia sunt proportionalia.

Sint